

## Aduerteneias para

senio, vel alia quavis occasione non praepe-  
ditus, communiter potest ambulare. Secun-  
do est notandum q̄ officiales Episcoporum  
in praesentia sunt Vicarij Generales Episco-  
patus [como los Prouisores] nō enim dicit  
Breue Officiales Episcopi, quia tunc omnes  
Vicarij multorū locorum, qui habent ibi ius,  
essent cōtenti in hoc priuilegio nomine offi-  
cialium, sed dicit Officiales Episcoporum, vt  
intelligantur officiales Generales, cuiuscun-  
q; Episcopatus. Item quia nos habemus pri-  
uilegium Pauli. 4. in quo conceditur nobis  
nostra priuilegia iuxta fauorabiliorem illo-  
rum interpretationem in ōnibus & per om-  
nia esse interpretanda. Ergo quando est du-  
bium de aliqua concessione nobis facta, de-  
bemus interpretari iuxta fauorabiliorem in-  
terpretationem nostram. ¶ Tertio est aduer-  
tendum, quod Papa ponit triplicem differē-  
tiam locorum, scilicet vbi nondum creatus  
est Episcopatus. Et vbi est iam creatus, sed  
talis locus differt vltra duas dietas, à loco v-  
bi Episcopus, vel eius Officialis potest inue-  
niri. Et. 3. vbi residet sedes episcopalis vbi  
scilicet Episcopus vel eius officialis intra-  
spacium duarum dietarum potest inueniri.

Et